



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

III. De sponsa duorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De sponsa duorum.

- θεμα.* sint canonicam ultionem ne effugiunt.
- Si quis.* Quod si qui clandestina vel interdicta coniugia etiam ignoranter in gradu prohibito contraxint: soboles in legitima censetur. Sic & si ambo impedimentum scientes etiam in conspectu ecclesie preter omne interdictum contrahere presumpserint, idem esto.
- 2. Quod nobis.* Sanè si matrimonia ita occultè contracta fuerint, ut inde legitima probatio non adpareat: qui contraxint ab ecclesia ne compelluntur. Sin contrahentes postea publicabunt, ni causationabilis erit, ab ecclesia recipiuntur. tanquam à principio in conspectu ecclesie contracta comprobantur.
- 1. Si quis.* Si quis autem aliquam clam & in furno desponsaverit, & mulier desponsationem negabit: viro probatio incubito. in contrario casu idem esto.

De sponsa duorum. Ti. 4.

- 5. Tuas.* Postquam inter legitimas personas consensus interuenerit de presenti, si cum aliis postea de facto contrahant, quod prius iure factum fuerat ne irritator.
- 1. Duobus* Fides enim in duplici differentia cum fiet, pactionis, & consensus, pactionis quidem fidem si quis alicui duerit, aliam ne ducito. Si faxit: ob fidem mentitam pœniteto. cum hac tamen proxima maneto. Sin verò consensus: aliam ne ducito. Si faxit: dimittito, priori adhæreto.
- 2. Accipisti.* Itaque si quam per fidem consensus alter sibi desponsatam habuerit uxorem acceperis: eam tu

tu dimittito. ea nūquam vxor tibi legitima esse
 valeto. Dies 40. in pane & aqua cum 7. sequen-
 tibus annis pœniteto.

Sed & si inter aliquos de præfenti consensus ^{3. Licet.}
 interuenit: seu interpositum fiet iuramentum,
 seu nō, mulier alteri ne nubito. Si nubserit: quā-
 uis carnis commixtio subsequuta fiet, ab eo se-
 parator. ad primum reuortitor. ad id ecclesiasti-
 ca districtione compellitor.

Quod si super huiusmodi desponsatione de ^{4. Tua.}
 præfenti lis erit, & prouocabitur: prouocanti, ne
 pendente adpellatione aliubi contrahat, inter-
 dicator. si nihilominus faxit: matrimonium in-
 ritator.

*De Conditionibus adpositis in de-
 sponsatione, vel in aliis
 contractibus. Tit. 5.*

Qui aliquam vxorem accipere iurasset, si ea ^{3. De illis.}
 tantum sibi donauerit: is si nolentem
 soluere non accipiat (ni de præfenti consensus,
 aut copula subsequuta fiet) periurii reus ne
 habetor.

Sed nec is, qui in aliquam etiam per verba de ^{5. Super eo}
 præfenti consensit si pater suum præstaret ad-
 sensum, nisi volūtas patris intercedat matrimo-
 nium consummare cogitor.

Qui tamen sub hac ipsa conditione aliquam ^{6. Per tuas}
 desponsasset, & ante conditionis euentum de-
 sponsatam cognoscet, à conditione recedere
 intellegitor.

Sed & si in cōtractu matrimonii turpis condi- ^{7. Si con-}
 ditiones.